

d.c. tanta, 6. ibi, legitimi habeantur, extr. qui filij sint legitimi. Quibus ex locis cernere cuius promptum est, quod, sicuti legitime nati, ita & naturales liberi ui solius matrimonij pro se existant legitimi, no quodam hominis facto: quod tamen causa est legitimacionis eorum, qui per rescriptu, uel oblatione curiae legitimantur. Quare necessesse est, ut textus in predicto §. naturales; non de legitimatis per subsequens matrimoniu, sed de alijs legitimatis, puta, per aliquod rescriptu, aut per oblationem curiae, intelligatur.

Non evertit hac interpretatione: quod in textu illo haec uerba ponantur; nec soli, nec cum alijs; & quod per rescriptum, aut mortuo patre per curiae oblatione legitimatio fieri nequeat, existente legitima sobole, d. Nouell. 89. cap. 2. §. 1. & cap. 9. Isthac enim uerba ad praecedentem dictionem naturales commode referri possunt & debet. Naturales quippe filij non succedunt in pe filij non succedunt in feudo, non solum cum alij legitimi filij adfint, sed & cum desint illi, sicque naturales soli sint: tamen in aliodijs communi iure in duas vncias liberi naturales succedant, sine legitima prole patre defuncto. Nouell. 18. cap. 5. & Nouell. 89. cap. 12. ad quod ius Feudista in d. §. naturales, uerisimiliter respexit.

Deinde per receptissimam assertionem nostram iuuat haec quoque ratiocinatio: Conditores iuris feudistici proculdubio exploratum, per spectumque habuerunt, quod legib. Romanis dispositum fuerit de successione liberorum, per subsequens matrimonium legitimatorum, ut liquet ex d. ut. 1. ibi, aliae dirimuntur iure Romano, & ibi, legum autem Romanorum, item ibi, uti poterit lege scripta lib. 2. F. Si ergo ab hac communi legislatione de liberorum per subsequens matrimonium legitimatorum successione conditores placitorum feudaliu abhorruissent: utique nominatim, ac diserte id alicubi testati fuissent: atque ita hisce liberis aditum ad feudorum successionem expresse praclusissent. Atqui uero nusquam hos liberos aditu ad feudorum successionem expresse prohibuerunt. Itaque plane uerisimile est: quod ij, dispositionem iuris communi fecuti, etiam liberos, per matrimonium subsequens legitimatos, ad feudi successionem admitterent.

Præterea per post feudorum iura prodierunt in usum iura canonica: id quod uel inde manifestum sit, quod libro tertio Decretalium integer tit. de feudis uidelicet 24. est insertus. Cum ergo ius canonicum legitimatos per subsequens matrimonium liberos, in omnibus, & per omnia comparat liberis legitime natis, ijque non minus, ac si ab initio legitimi fuissent, generaliter, nullaque adhibita distinctione inter res proprias, & feudales, successionem deferat, d. cap. tanta, 6. extr. qui filij sint legitimi, certe ex dispositione quoque iuris canonici liberi, per subsequens matrimonium legitimati, in feudum succedunt. Idque per ex eo etiam probabile redditur: quod licet idem ius canonicum requirat, ut Episcopus eligatur, qui ex legitimo matrimonio est natus, cap. cum in cunctis, 7. extr. de elect. nihilominus tamen permitti, ut Episcopus, qui per subsequens

matrimonium? Respond. quod iste utique succedit in feudo. Ita tenet Andr. de Iser. in d. §. naturales. Et ita communiter tenetur, ut dicit Alexan. in l. ex facto. §. si quis rogatus, eb. 1. nu. 18. in fin. ff. ad Trebell. que refert Ias. in l. generaliter, §. cum autem. post nu. 10. C. de inf. & substit. Hanc etiam esse communem conclusionem attestatur Curt. iun. conf. 136. num. 1. Dec. conf. 155. post nu. 3. quem refert Paris. conf. 13. nu. 44. & seq. lib. 2. ubi etiam refert Socin. idem attestari conf. 3. nu. 2. lib. 3. quem tamen ego in libro meo non reperi hoc attestante, licet in eod. conf. num. 6. uideatur

tur transire cum hac opinione quam ego etiam sequor, quia huiusmodi legitimati fere in omnibus reputantur legitimi. Sed quid si feudum sit receptum pro se, & filijs legitimatis, nunquid talis legitimatus per subsequens matrimonium succedet in feudo? Respon. quod sic. Et ita tenet Abb. in cap. in tanto. nu. 7. qui filij sint legitimi. ubi etiam dicit, quod ita tenent communiter Doct. & est commun. opin. ut dicit Card. Alex. in d. c. tanta. Ripa in d. l. ex facto. §. si quis rogatus, el. 1. post nu. 48. quia, ut dixi, equiparantur legitime natis in omnibus, & per omnia.

me comparat, ut supra num. 4. & 10. ostensum; hanc profecto interpretationem recipere amplectique debemus.

Denique huc & illa confert ratio: quod statutum loquens de legitime natis complectatur etiam per subsequens matrimonium legitimatos, ut tradidit Antonius de Butrio in cap. per venerabilem, 13. col. 18. vers. quod si dixerit. extr. qui filij sint legitimi, & in d. cap. innotuit. 20. ubi etiam Ioan. de Imola extr. de elect. Ioan. Crotus in l. Gallus, 29. §. & quid, si tantum nu. 169. ff. de liber. & posthum. heredib. instit. Castr. in l. fin. C. de his, qui ven. etat. impetra. Campeg. in tractat. de dote 1. parte 5. partis princ. q. 59. Decius in d. cap. cum in cunctis, 7. nu. 29. extr. de elect. & conf. 155. Parisius conf. 13. nu. 40. vol. 2. eoque referens Forsterus d. lib. 6. de successio. cap. 29. nu. 4. Ergo & ius feudale, de legitime natis liberis uerba faciens, liberos quoque subsequenti matrimonio legitimatos comprehendit. Ista, similesque rationes pro affirmante sententia nostra diligenter annotant D. Collega Boccer. class. 5. disput. 18. th. 7. ad lit. D. edit. 2. & praallegato Tractat. de iure succed. in feud. cap. 3. q. 2. ubi ad contrarie opinionis argumeta abunde respondit. Eadem & nos refutamus ad d. principium tit. Institut. de heredit. quæ ab intest. defer. nu. 276. & seqq. Harprec.

Utique succedi. Adde de ista communi per Dec. in d. cap. cum in cunctis, num. 10. de elect. & dixi in collect. mea commun. opin. in verb. legitimatus, nu. 31. Giach.

Sed quid, si feudum sit receptum pro se, & filijs legitimatis. Si per feudum uasallo concedatur pro se, & filijs ipsius ex legitimo matrimonio procreatis, uel quod idem est, legitime natis; succedant etiam filij per subsequens matrimonium legitimati. Ita, ultra Clarum nostrum, & ab eo nominatos hic, tenent. Andr. de Isern. Laudens. Præposit. Marth. de Afflict. & alij in d. c. 1. §. naturales, si de feudo defuncti content. sit int. dom. & agnat. uas. tit. 26. lib. 2. F. Borcholt. in Cōment. in cōsuet. feud. c. 7. memb. 2. nu. 51. Schrader. in tract. feud. part. 7. cap. 5. nu. 51. Hartman. Pistor. lib. 2. quæstio. iur. part. 2. q. 41. Henricus à Rosenthal. in tract. iuris feudali. c. 7. conclus. 18. nu. 4. alijque complures per eum relati sub lit. E. Harprec.

Et quid si receptum sit pro se, & heredibus. Ex Additionibus.

- 1 An feudum inuestitura pacto acquisitum alicui tertio, ad eius quoque heredes transeat.
- 2 Extranei heredes an, & quatenus in feudis succedant, remissive.

QVÆSTIO LXXXIII. S V M M A R I A.

Ex Claro.

- 1 Extranei heredes an succedant in feudo.

Lib. IV. §. FEVDVM. Quæst. LXXXIII. ADDITIONES. QVÆST. LXXXIII.

AN in feudo succedant extranei heredes. Respond. Omne feudum, quod potest alienari sine consensu domini, uel agnatorum, transit ad extraneos heredes: quia de tali feudo idem indicatur, quod de alijs bonis allodialibus: & ideo si feudum sit nouu, ex quo potest libere per uasallum alienari interueniente consensu domini, ut dixi supra quæst. 41. vers. Et hac quidem. poterunt etiam in eo cum licentia domini succedere extranei heredes. Si uero sit concessum pro se, & heredibus quibuscumque, tunc poterunt etiam sine licentia domini in eo succedere extranei. Idemque si sit concessum pro se, & quibus dederit: potest enim de eo uasallus liberè disponere. Si uero feudum sit simpliciter receptum, nulla facta mentione filiorum, neque heredum, tunc ex prouidentia legis non uocantur ad feudum, nisi filij, & descendentes ipsius inuestiti, ut dixi supra q. 9. vers. Sed quid dicendum. & ideo in tali

feudo extranei heredes non succedunt. Aut uero feudum est receptum pro se, & filijs, uel pro se, & liberis, uel pro se, & descendentibus, & in hoc non est difficultas, quia extraneus heres ad illud non admittitur. Aut est receptum pro se, & filijs, & heredibus, & idem est dicendum, scilicet, quod extraneus heres non succedat. Ad hoc enim, ut quis in tali feudo succedat, requiritur, quod in eo utraque qualitas concurrat, ut dixi supra, in d. q. 9. vers. Quandoque, & tertio.

Sed quid si feudum sit concessum simpliciter pro se, & heredibus, nunquid in tali feudo admittitur extranei heredes? Respon. quod licet in hoc articulo inter Doct. uariae fuerint opin. tamen tenendum est, quod extranei heredes in tali feudo non succedant. Et ista est communis opin. ut dicit Bal. in l. etiã, in fine principij ff. de solut. matr. quem refert Dec. conf. 175. post num. 3. versic. Plerius etiam, & conf. 355. num. 8. & Goz. conf. 9. n. 51. & Soc. iun. conf. 112. nu. 8. lib. 2. & conf. 27. num. 26. lib. 1. Hanc etiam opin. dicit communiter teneri Bald. conf. 16. sub tit. de uerb. signi. quem refert Gratus cōf. 4. nu. 32. lib. 1. Et dicit Paris. conf. 2. 32. lib. 1. quod ita concludunt communiter omnes, & dicit Soc. iun. conf. 108. n. 6. lib. 2. q. istud est commune dictum. Hanc et dicit esse comm. opi. Goz. ad. conf. 26. nu. 30. & ratio est, quia uerbum, heredes, in materia feudali recipit à lege hanc interpretationem, ut intelligatur solum de descendentibus. Ita est communis opin. ut attestatur Rubeus conf. 164. nu. 11. Gratus cōf. 29. numer. 41. lib. 2. Berous quæst. 17. num. 3. & dixi supra sapius.

conclus. 6. Harpr. b Filij, & heredibus. Item, quod extranei non ueniant in concessione facta pro se, filijs, & heredibus: commune dixit Alexan. conf. 16. num. 3. vol. 2. & dixi in collect. mea commun. opin. in uerb. extraneus, numer. 3. Giachar.

QVÆSTIO LXXXIV.

S V M M A R I A. Ex Claro.

- 1 Fiscus an succedat in feudo.

Ex Additionibus.

- 1 An & quatenus feuda, bonis uasalli publicatis, in Fiscum transeant, remissive.

ADDITIONES. QVÆST. LXXXIV.

Succedat in feudo. Adde, quod nec etiã commoditates feudi, que saltè non transeunt etiã ad extraneos heredes, si feus consequi, aut habere potest, prout est communis opinio, ut attestatur Barfat. conf. 43. nu. 16. Guiot. An fiscus succedat in feudo. An per quatenus feuda, bonis uasalli publicatis, in fiscum transeat, post Clarum hoc loco nostrum, & ab eo recitatos, aliosque, fere sexcentos, plenissimè declarant Henricus à Rosenthal. in tractat. iuris feudali. capit. 11. concl. 11. & subsequq. Harpr.

non potest libere disponere sine licentia domini, & sine consensu agnatorum, eiusmodi est feudum antiquum ex pacto, & prouidentia, & tale feudum, etiam quod uasallus delinquat, & eius bonafisco applicentur, nunquam uenit in confiscatione bonorum, cuiuscumque generis sit delictum. Nam, ut dixi supra, q. 66. mihi semper uisum fuit iniquum, & absurdum, quod uasallus possit delinquendo priuare domino, aut agnatis, quibus non posset priuare alienando, & cum ad huiusmodi feuda non admittatur extraneus heres, ut dixi quæst. prox. ergo nec fiscus, qui hoc casu habetur loco extranei heredis, quæ consequentia apud me habet nullã difficult. Quis autè hoc casu praeferatur in ipso feudo, an dominus directus, an autem filij, uel agnatis dicendum est, quod siquidem delictum est tale, propter quod dominus non possit priuare uasallum feudo, semper praeferuntur agnati. Si uero propter illud delictum uasallus posset feudo priuari, tunc ut scias, quis praeferatur, uide quæ dixi supra in d.

Ego uero aliquando dicebam, in hoc proposito considerari posse tria genera feudorum Primum est, de quo uasallus

q. 66. Secundum autem genus feudorum est, de quo vasallus potest cum consensu domini liberi disponere, etiam in extraneum, in praeiudicium filiorum, vel agnatorum, & huiusmodi est quodcumque feudum nouum, sub quocumque tenore receptum sit, ut dixi sup. q. 41. vers. Et hac quidem, & hoc casu tenent, quod si vasallus delinquat, nullo modo feudum confiscetur, sed absolute, & indistincte consolidetur utile cum directo, & sic applicetur domino, neque in hoc filij, aut agnati, qui non poterant ad feudum venire, nisi ex persona ipsius patris delinquentis, poterunt ius aliquod in feudo ipso pretendere, sed dominus iure suo, ex quo feudum est nouum, erit illis praefertendus, prout etiam esset, si vasallus sine consensu domini illud alienasset, ut dixi in d. q. 66. vers. Sed quid si vasallus, vel aliter esset feudo priuandus, ut dixi in ea quaest. vers. Et hoc quidem aut vero (& hoc est tertium genus feudorum) feudum erat tale, de quo vasallus, tam in praeiudicium domini, quam in praeiudicium agnatorum, poterat libere disponere, puta, quia erat

concessum pro se, & quibuscumque heredibus, vel pro se, & quibuscumque daret, & c. qua omnia feuda possunt sine domini licentia in quoscumque etiam extraneos transferri, ut sapientius dixi, & tunc autem fiscus, cui reliqua bona vasalli applicentur est idem, qui & domini directi, & proculdubio tenendum est, quod etiam in feodum una cum reliquis bonis vasalli illi applicatur: Aut vero est alius fiscus diuersus a fisco domini directi, & tunc autem delictum, pro quo bona vasalli confiscantur, est tale, propter quod dominus potest vasallum feudo priuare, & hoc casu dominus directus praefertur, feodum illi applicatum. Aut non erat tale, propter quod possit feudo priuari, & tunc praefertur alius fiscus, qui tanquam haeres extraneus, ita in feudo sicut in alijs bonis vasalli delinquentis succedere potest. Et licet hac prima facie videtur noua distinctio, tamen si recte ponderentur rationes, & auctoritas Doctorum in hac materia scribentium, reperies, quod ista est mera veritas.

QVAESTIO LXXXV.

SUMMARI A.

Ex Claro.

1 Fideicommissarius an succedat in feudo.

2 Et quid in feudo hereditario.
3 Et quid si fideicommissarius sit ex vocatis in inuestitura.

Ex Additionibus.

1 Nam, & quando feudum in fideicommissum veniat, remissive.

ADDITIONES.

1 Numquid fideicommissarius succedat in feudo. Numquid & quando feudum in fideicommissum veniat, prater Clarum nostrum, & per eum relatos, copiose explicat Michael Grassus, libro 1. recept. sentent. §. fideicommissum, quaestio. 50. Hartm. Vultei lib. 1. de feud. cap. 9. nu. 118. Rosenthal. in tract. iuris feud. cap. 7. conclus. 11. alijque plurimi, ab his memorati. Harp.

QVAEST. LXXXV.



Vero, numquid fideicommissarius succedat in feudo, & sic an feudum veniat in restitutione fideicommissi? Potest autem casus in facto proponi, puta, quia vasallus habens plures filios rogauerit unum ex eis, vel plures, ut partem suam restituant uni ex ipsis sicut filijs, vel alicui extraneo, vel agnato, an talis grauatus fideicommissio teneatur restituere etiam partem suam feudi, illi, cui reliquum hereditatis grauatus est restituere? Resp. quod regulariter feudum non venit in restitutione fideicommissi. Ita tenet Bar. in l. si patroni, in princ. nu. 3. ad Trebell. & ita communiter Doct. ut dicit Rip. in l. ex facto. §. si quis ita. nu. 17. ff. ad Trebell. Et est communis opinio. ut dicit Cur. iun. cons. 171. nu. 10. Et dicit Ias. in praelud. feud. nu. 46. quod ita communiter concluditur.

2 Scias tamen in primis, quod haec conclusio intelligenda est, ut procedat in feudo ex pacto, & prudentia: secus autem in hereditario. Nam illud transit etiam in fideicommissarium: & ita solet communiter distingui, ut ait Cur. iun. de feud. in 4. part. in materia alienationis feudi. q. 30. vers. Secunda de eidi potest. quem refert Paris. cons. 2. nu. 43. lib. 1. & consil. 3. nu. 27. eod. vol. Sed hoc intelligo in feudo simpliciter, & absolute hereditario, quod (ut sapientius dixi) transit in extraneos heredes, & potest libere alienare. Secus autem in hereditario mixto. Et ita in proposito attestatur esse magis communem opinionem, Socinus Iunior consilio 72. numero 22. libro primo.

QVAESTIO LXXXVI.

SUMMARI A.

Ex Claro.

Item scias, quod conclusio non habet locum, quando fideicommissarius esset ex comprehensis in inuestitura, & si esset habilis ad succedendum ex tenore ipsius inuestiturae, nam eo casu feudum venit in restitutione fideicommissi, & ista limitatio videtur communiter approbata, ut dicit Socin. Iun. in dicto consil. 72. numero sexto, libro primo. Quam tamen non ego credo veram, nisi quatenus ageretur de praeiudicio domini, cuius non interest, apud quem ex vocatis si feudum, sed si fideicommissarius esset ex remotioribus agnatis, non video, cur non posset proximior agnatus talem restitutionem impedire. Propterea iudicio meo haec Quaestio potest ita diffiniri, ut dicamus, quod in casibus, in quibus vasallus potest de feudo testari, in illis potest etiam de feudo facere fideicommissum. Quando autem possit testari, dixi supra quaestione 40.

1 Institutus in re certa an succedat in feudo.

Ex Additionibus.

1 An, & quatenus vasallus de feudo testari queat, remissive.

ADDITIONES.

1 In re certa. Hic occurrit quaestio plures quaestiones. Prima est, An taliter institutus habeat beneficium l. fin. c. de edict. diu. Adr. toll. Secunda, an nullo dato haerede testatoris vniuersali, si testator expressie prohibuit, ne ipsa institutio trahatur ad alia bona, taliter institutus succedat etiam in omnibus alijs? Tertia est, an ipse etiam habeat actiones hereditarias actiue, & passiuas? Quarta est, An possit pro

QVAEST. LXXXVI.



Vero: vasallus habens plures filios, instituit unum ex eis in re certa, numquid iste filius institutus in re certa succedat aequali cum alijs vniuersaliter heredibus institutis? Respond. quod sic. Ita allegatur tenuisse Bartol. in l. iurisyurandi. §. si liberi. nu. 6.

ff. offer. libert. qui tamen loquitur in emphyteusi, & dicit Curt. iun. de feud. in 2. parte primae partis terciae partis principalis, quaest. 5. quod ita decidunt communiter Doct. Dicit etiam Didac. libro secundo resolut. capitulo decimo octauo, numero quinto, quod in hoc Doct. communiter consentiunt. Haec quaestio iudicio meo pendet ab illa, an vasallus possit de feudo testari, de qua dixi supra quaestione quadragesima.

pria auctoritate apprehendere relictu sibi factum? Quinta, An habeat ius accretionis vniuersale instituto repudiate de quibus omnibus, vide seriatim in mea collect. comun. opin. in verb. institutus. Giach. b An vasallus possit de feudo testari. De hac quaestione dictum est supra ad quaest. 40. & eam, post alios, explicatius persequitur D. Bocer. in tractat. de iure succedendi in feudo, cap. 1. q. 1. & alij quot subsequ. Harprec.

QVAESTIO LXXXVII.

SUMMARI A.

Ex Claro.

1 Finito feudo an proximiores istius vasalli sint inuestiendi.

Ex Additionibus.

1 Numquid dominus feudum ad se reuersum, si iterum illud in feudum velit, consanguineis potius prioribus vasalli, quam extraneis concedere debeat.

ADDITIONES.

1 Numquid poterunt filij, vel proximiores agnati vasalli, & c. Licet frequenter Doctorum calculis recepta sit opinio, quod dominus feudum ad se reuersum, si in alium rursus conferre id velit, consanguineis potius prioribus vasalli, intra annum re integra petentibus illud, quam extraneis, concedere debeat, Ioan. Baptista a Villalob. in communibus opinionibus in verb. vasallo mortuo, & c. Ludouicus Roman. cons. 22. & ibi Horat. Mandof. in verb. communis opinio. Ioan. Fichard. consil. 15. nu. 13. tom. 2. Dec. consil. 78. nu. 13. Tiraquel. de retract.

QVAEST. LXXXVII.

Vero: fuit concessum feudum Titio vsq; in quartam generationem. Modo finita est quarta generatio Titij, numquid poterunt filij, vel proximiores agnati vasalli, primo loco defuncti, petere sibi confirmari feudum? Resp. quod sic, & si non fiat refirmatio, sit eis iniuria, & ideo possunt appellare ad superiorem, ut cogat, quod refirmatio fiat. Et

proxim. in praefat. nu. 40. Vigel. in method. iuris feud. cap. 5. quaest. 7. reg. 4. pagin. 418. Mynsinger. cent. 5. obser. 16. & cent. 6. obser. 79. Vvrmbsr. sub tit. de feud. obser. 7. Vultei lib. 1. de feud. cap. 11. nu. vltim. pag. 831. Schroter. lib. 1. disput. feud. disput. vlt. th. vlt. illa tamen feudorum placitis minus contentanea videtur, tit. 24. vers. si autem dominus, lib. 1. F. tit. 54. in fine, & tit. 55. §. callidis ibi, & ad dominum libere reuertatur, lib. 2. F. Andr. Gail. lib. 2. obseruat. 148. numer. 3. vers. sed verior opinio. & c. D. Bocer. class. 5. disput. 20. th. 164. ad litera B. edit. 2. Huic referenda sunt, quae annotauimus supra in §. emphyteusis, q. 43. Harp. b Quaest. 43. Vide ibidem, quae dixi in Addit. Giach.

QVAESTIO LXXXVIII.

SUMMARI A.

Ex Claro.

1 Finito feudo cui remanere debeant melioramenta. Et an sit in electione domini, pati, quod edificium tollatur, vel solueretur eius estimationem.
2 Et an eo casu estimandus sit valor edificij, vel ipsa materia tantum.
3 Et an incrementum contingens in re feudali sit vasalli, vel

domini.
4 Et quid de seruitutibus, quas vasallus pretio acquisiuit ad beneficium rei feudalis.
5 Et an habens castrum in feudo sine iurisdictione, si acquirat iurisdictionem, accretat feudo.
Ex Additionibus.
1 Feudo sine culpa vasalli finito, meliorationes pertinent ad heredes allodiales.
2 Meliorationes, feudo culpa vasalli amisso, pertinent ad dominum, vel agnatum.
3 Incrementum in re feudali contingens ad quem spectet, remissive.

ADDITIONES.

QVAEST. LXXXVIII.

1 Cui remanere debeant melioramenta. Feudo finito, meliorationes in feudo factae ad heredes allodiales trahuntur: adeo,

Quero, cui remanere debeant melioramenta facta super ipsa re feudali? Respo. si ipsa melioramenta sunt facta industria ipsius vasalli, puta, quia domum fabricauit in re feudali, vel huiusmodi, eo casu talia

ut rem feudalem tamdiu retinere possint, quoad meliorationes receperint Et tunc in electione est domini, vel agnati, ad quem feudum defertur, vtrum meliorationes soluerent vellet, an vero pati,